

dicium litteræ I. deficientis.

- (3) Pulingaria. (4) Croculam. (5) Adelagida.
(6) inhibi. (7) Adalegidæ. (8) Domna.
(9) Domni.

14

MXCVIII.

Notitia subscriptionis Azonis Episcopi Aquensis Synodo provinciali ab Archiepiscopo Anselmo Mediolani adversus Simoniacos Episcopos congregatæ, & diplomati cuidam ab Archiepiscopo, & Episcopis 10 concesso Landulpho præposito s. Ambrosii die VII. aprilis, qua synodus absoluta fuit.

Quæ omnia edita fuere a Sormano Gloria de' santi Milan. pag. 206. & de præmin. cap. XI. num. 8.

Donatio decimæ facta a Bellengerio D. Otæ Abbatissæ Mon. S. M. Ex Tabul. Mon.

15

MCI.

Milefimo centesimo primo indictione XIII. die 20 martis, qui est primus dies octobris. In nomine Sancte individue Trinitatis sancto autem monasterio in honore Sancte Dei Genitricis Mariæ semper Virginis in campis Aquensis civitatis non multum a suburbio ejusdem civitatis edificato, cui nunc domina Ota Abbatissa divina misericordia cum aliis monacalibus consororibus suis religiosissimis Deo devote sub regula Beati Benedicti videntur famulari: Ego Bellengerius quondam Ottonis Scachi lege Romanorum vivens una cum filio 30 meo Andrea presens presentibus dixi. Quisquis in sanctis, ac venerabilibus locis de suis bonis pie devotionis affectu aliquid obtulerit juxta auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiet, insuper quod melius est in futuro premia eterne felicitatis consequetur. Ideoque Ego infra scriptus Bellengerius cum filio meo Andrea omnimodam finem & refutationem, & integram absolutionem Deo, & predicto monasterio in manibus predictæ domine Otæ Abbatissæ, & aliarum omnium consororum 40 suarum ejusdem monasterii conventus ibidem presentium facimus de decima una quam ex longo tempore, & antiqua consuetudine soliti fueramus habere, & recipere a predicto monasterio ut a modo in antea habeant, teneant quiete, & libere possideant totam, & in integrum omnem illam decimam, quam usque quesuimus in omnibus, & per omnia habuimus ut supra legitur nulli alii venditam donatam, traditam, concessam, dimissam, obnoxiam, refutatam, absolutam finaliter, seu quolibet 50 modo obnoxiam, nisi tantum predictæ Abbatissæ, & cum sororibus suis omnibusque succedentibus in predicto monasterio ibidem Deo famulantibus, & servantibus vice, & nomine ipsius jam dicti monasterii, & exinde a presenti die faciunt tam ei succedentes, quam ipse aut cui dederint, vel dare voluerint quidquid eis placuerit sine omni nostra, & eredum nostrorum contradixione, vel requisitione, ac proeredum nostrorum. Insuper promittimus per nos, & per nostros eredes, ac proere- 60 des sub pena CCCC solidorum denariorum bonorum papiensium cum stipulatione subnixa omni tempore totius predictæ decime, & cujuscunque

rei prefatum inquietabimus monasterium omnimodam finem refutationem, & integram absolutionem ratam, & firmam habere, & ab omni omine sub predicta pena sine aliquo jam dicti monasterii damno defendere, pro cuius totius decime, & cujuscunque alterius petitione rei finis refutatione, & libere, ac quiete absolutionis ratihabitione, & duplici defensione obligamus nomine cause pignoris insulam nostram, que est juxta flumen Burmie prope Vvadum, qui dicitur Opizonis, & Braidam nostram de Barbada predictæ domine Otæ Abbatissæ, omnibusque sororibus suis tam sibi succedentibus, & sequentibus, quam presentibus vice, & nomine infra scripti monasterii ut habeant, & teneant, & possideant, & usu fruantur, quo usque predicta pena CCCC. sol. sibi, & omnibus subcedentibus sibi in integrum fuerit soluta. Si contingerit nos, aut nostros eredes, seu aliquam aliam quamlibet personam predictum monasterium de tota prædicta decima de cetero inquietare, seu quolibet modo disturbare presumerimus, quod absit, & minime futurum credimus, & si ab omni homine ut supra legitur, defendere non potuerimus, vel noluerimus, nec minus totius decime finis refutatio, & omnimoda absolucio quiete, & libere in perpetuum firma permaneat, ut & non liceat nobis ullo tempore nolle, & distiteri, quod sponte voluimus, sed quod a nobis semel sollempniter factum refutatum, & libere omnino absolutum est, inviolabiliter perpetuo conservari subter cum subscriptis testibus confirmantes per manus sacerdotis Ugonis notarii sacri Palatii, aut majorem optineat vigorem, & firmitatem veluti presenti pagina notatur, rogavimus scripto roborari, & ad memoriam reduci: verumtamen amicabili pactione, & communium hinc inde amicorum intervencione fatemur suscepisse a predicta domina Otæ Abbatissa, & consororibus suis III. lib. den. bon. papiensium pro omnimoda predicta refutatione sine, & totius jam dictæ decime ut supra legitur absolucione.

†† Signum manuum venditorum Belengerii, & filii sui Andreae hanc cartulam finis, & refutationis, ut supra legitur fieri rogarunt, & predictas quatuor libras in integrum ut supra legitur fatentur. Testes rogati fuerunt Presbiter Petrus, Ubertus, Mossus, Ballonus, Manfredus Guertzus, Rufinus Ferarius, Oglerius Aquideus Benzonis, Wuielmus Molus, Filippus, Trevul, Pelutus, Robertus Becarius.

Ego Guido Notarius Sacri Palatii rogatus, & authenticus auctoritate domini Comitæ, & Episcopi, & Consulum Aquis hanc cartulam finis, & refutationis, & absolucionis ut supra legitur scripti ut in protocollo Ugonis notarii inveni, & vidi milefimo centesimo LXXX tertio indictione prima VIII. die Kalendas februarii sub porticu s. Mariæ Majoris Aquis feliciter.